Approbatio Censoris Ordinarij.

Omnis generis epistolarum formulæ non infrequenter in Authoribus reperiuntur. Familiarium, Politicarum, et Moralium plures libri nobis abunde præstant exemplaria. Nec desunt, qui etiam pro obtinendis à Sacra Curia dispensationibus et absolutionibus aliquas ediderint formulas. Bonaventura Leonardelli, Benjamin Elbell, Felix à Potestate, alijque non pauci nonnullas nobis exhibere conspicimus: plures in Anacleto Reiffenstuel, Apendis Colomiensibus editis an. 1720. et Francisco Monacelli leguntur. Completum verò ad hujus generis epistolas conficiendas Formularium primum, quem viderim, nunc nobis profert Studiosus vir Emmanuel Zamora, Clericus Cantaber, Illmi. D. N. Archiepiscopi Granatensis Bibliothecarius, cujus examen ab A. R. Doctore Antonio Plaza, hujus Diœcesis Vicario Generali, mihi committitur.

Mirari certè non desinam, quòd cum Theologiæ Moralis Scriptores sollicitè nos monere contendant, ut in plurimis, ijsque frequenter occurrentibus conscientiæ casibus, ad Sacram Pœnitentiariam, vel ad locorum Ordinarios juxta factorum qualitatem, pro obtinenda competenti dispensatione vel absolutione recurrere debeamus; tamen nullus adhuc hanc provinciam complete lustrandam assumpserit: præsertim, cum tot sint, qui ad lectores juvandos pro familiaribus epistolis (quod absdubio minoris momenti est) efformandis, toties suis Formularijs insudare fecerint prela. Quòd enim unam, vel alte

alteram petendi à Sacra Poenitentiaria dispensationes, vel absolutiones formulam proferant, nec imperitis, aut librorum copia carentibus apprimè subveniunt, nec peritos ac optimè instructos plurimum juvant: etenim cum penè innumeri sint casus, quibus excomunicationes, irregularitates, impedimenta &c. incurri possint, aut detegi in utroque foro, et illi quid vel quomodo agendum sit ignorantes, suspensi manent, et hi ad plurima alia sui officij studia coacti, in transformandis juxta occurrentiam praescripti exemplaribus formulis nimis gravantur.

Ad dispensationes verò, seu absolutiones à locorum Ordinarijs obtinendas quod attinet, nullam hucusque formulam publicè luci datam inveni, qua Confessarius in occurrentibus factis dirigi possit. Haec autem Scriptorum omissio eò culpabilior est, quò major est circa hujusmodi dispensationes, et absolutiones Episcoporum potestas, cum pauci occurrant casus occulti, qui ab ijs congruenter expediri non valeant.

Igitur praesentis Operis Author praefata recolens, ac Illmi Praesulis desideria noscens, et implere cupiens, id in omnium utilitatem compegit. Meo judicio, hoc Formularium, mole licet parvum, imperitis et librorum inopia laborantibus necessarium est, peritis ac benè instructis commodum, omnibus utile: adeoque praelo committi proficuum. Ita sentio in hoc Granatensi Conventu S. Antonij Abbatis, idibus Novembris,

anno

anno reparatæ salutis millesimo septingentesimo septuagesimo septimo.

M. Fr. Franciscus Thomas Maria de Cardena, Tentij Ord. S. Francisci Sac. Theolgo. Doctor, ac pro Revmo Archiep. Librorum Censor.

Granada y Nov.e 17 de 1777 as

Visto. no ay reparo. en que se ymprima por lo que toca a esta Juridicion:

D. C. Araza

Por mdo. de su S.a Ill.ma el Prov.or

Felix Ant.o Lozano

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Venª

1419 - 1. litra.
1049 - 2. litra.
2468.
493. rebaxe.
1975. restan,
1975. duple.
3950.

De Lion con S.t Bernardo
2670.
De Venª f.º 3300.
con Lauto. Rath.º
Didymo, S. Basil.º
S. Ephren, y S. Paul.º
5970

1. litra.

1419.
162.
137
1718.
343.
1375.
1375.
2750
550. mand.º de 55. en fol.
3300.
1235. hai.
2065.

Turin con Cantier.

972.
4
3888.
1240.
2648.
328. enc.n de 41. f.º
2976.

+
657.
4
2628.
320. encuad.º de 40. Turin.
2948.
4000 - md.
son - 1176 - y 16. md.

1668.
333.
1335.
1335.
2670. Venª valor
0590. Encuad.º de 59
3260. Venª
2528. Lyon
5788.
2948. Turin
8936.

339
125
68

+
1180
34
4720
3540
40120

1200
34
4800
3600
40800

1176 - 16
34
4704
3528
16.
40000.

114
527
641.
68
709.
1500.
0750.
409
2659

1176 - 16
34
4704
3528
18
40002